Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/319012

16

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

FRANCISCI CORNELII DONDERS,

MED. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

EDWARD. HUYDECOPER VAN NIGTEVECHT,

Rheno-Trajectinus.

A. D. XXVII OCTOBRIS A. MDCCCLII, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. G. BROESE.

MDCCCLII.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA GIEBEN ET DUMONT.

I.

L. 3 § 2 Dig. et L. 5 Dig. de separationibus conciliari nequeunt.

II.

Si liberatio, quantitate adjecta, legata est illi, qui nihil debet, legatum est inutile.

III.

Propter spectra, quae in aedibus videntur, non rescindi locationem debere, parum probavit CHRIST. THOMASIUS.

IV.

Libertas definiri non debet: »dominium in proprio corpore."

V.

Non assentior summo CUJACIO (*Observ.* V, 6) licere privignam habere concubinam et de ea tractari in L. 16 § 1 Dig. de his, quae ut indignis etc.

VI.

Superficiarius non tenetur, nisi in casu art. 1401 Cod. Civ., aedes reficere, quarum pretium non solverit.

VII.

Bonae fidei possessor impensas utiles repetere nequit.

VIII.

Servitutes discontinuae praescriptione constitui nequeunt, licet adsit titulus a non domino profectus.

IX.

Matrimonium est perfectum, quam primum magistratus status civilis id declaraverit, quamvis unus conjugum moriatur antequam instrumentum nuptiale subscripserit.

X.

Agnitio liberorum naturalium praedefunctorum fieri potest.

XI.

Rei vindicatio competit in quemlibet detentorem, e. g.

depositarium, nec interest an dominus vel alius apud eum deposuerit.

XII.

Non assentior Cons. 's JACOB, derelictione creditoribus ex art. 321 Cod. Merc. facta tolli privilegia creditorum, qui actionem contra exercitorem retinent.

XIII.

Minus probandum, quod nummulariis (kassiers) non datur privilegium in nomina (effecten) apud eos a committente deposita.

XIV.

Concordatum post secundum diem in art. 837, N°. 3, Cod. Merc. indicatum proponi nequit.

XV.

Appellandi facultas in causis criminalibus concedenda videtur.

XVI.

Qui volens domum suam, cui sunt aedificia vicina, flammis tradiderit, plectendus est poena art. 434 Cod. Poen.

XVII.

Recte omnino summo Imperanti tribuitur Jus Gratiae.

XVIII.

Vera mihi videntur verba: »Doubtless, the most favourable state of society for the general diffusion of happiness, the state to which it is the tendency of advancing civilisation to attain, is that, in which all shall have some portion of capital," ELLIS, *Outlines of social economy*, p. 27.

XIX.

Gravia vectigalia in importationem exterarum mercium scripta, ut succurratur industriae indigenarum, raro huic proposito respondent.

XX.

Optime dixit EMILE MONTÉGUT, *Revue des deux mondes* (Oct. 1851): »Pour résumer d'un mot le malaise social, nous dirons que ce malaise ne résulte ni des institutions, ni des lois, ni de l'industrie, mais qu'il résulte du faux point de départ de la révolution, lequel peut se définir ainsi: procéder à la réforme de la société avant de procéder à la réforme de l'individu."